

La Croix, loc. cit., n. 1283; Fagundez, et alii passim.

(57. Qui mane culpabiliter sumpsit jentaculum æquivalens refectioni, tenetur illo die abstinere a refectione. Et si jentaculum sumptum modicum fuerit, tenetur abstinere a collatione: Sanch. in Consil. lib. v, c. 1, dub. 2, n. 8; La Croix, loc. cit., n. 1286; Castropal., tom. XXV, part. II, § 3, num. 5, et alii passim. Et ratio est quia, etsi jejunium factum sit ipsi impossibile quoad circumstantiam temporis, potest tamen servari quoad alia, et ideo, si iterum comedat quasi nihil mane sumpsisset, incurrit novum peccatum. (58. Qui inculpabiliter per inadvertentiam sumpsit mane jentaculum sufficiens ad prandium, non potest amplius illo die prandere, sed solum vesperi sumere collationem, quia habuit unam plenam refectionem, et æque nutritus est, sive sciens sive nesciens jentaverit: Layman, lib. IV, tract. 8, c. 1, num. 14; La Croix, loc. cit., num. 1285; Less., lib. IV, c. 2, dub. 3, num. 18 et 19; Diana Castropal., et alii plures, contra Paludan., Vivald., Fagund., et alios, volentes posse illum adhuc prandere, quia, cum sit factum ex ignorantia jejunii, non computatur pro prandio. (59. Qui iter facturus mane prandet, et postea rebus mutatis iter non agit, non potest amplius illo die prandere, sed solum vesperi sumere collationem. Sic doctores citati numero anteed., propter eandem rationem, contra J. Sanch., disp. 53, n. 2 et 6, et alios volentes posse illum iterum prandere, ac si nihil sumpsisset. (60. Qui post prandium sumpsit aliquid cibi, tanto minus debet postea sumere in refectione vespertina; et si quasi ad tempus ipsius refectione vespertina sumpsit cibum æquivalentem ad collationem, debet illo die omnino ab ipsa abstinere, quia prior comestio censetur fuisse collatio. *Communis*.

(61. Qui frangit jejunium multiplici præcepto ex eodem motivo imperatum, unicum tantum specie et numero peccatum committit. Unde quia Ecclesia ex eodem motivo formali temperantiæ præcipit jejunium in Quadragesima, in quatuor temporibus, et in vigiliis, si vigilia, v. g. S. Matthiæ occurrat in Quadragesima et Quatuor Temporibus; quamvis tria sint ecclesiastica præcepta jejunii pro eadem die, ejus tamen transgressio non erit nisi unicum specie et numero mortale peccatum; gravius tamen, adeoque ea circumstantia non erit necessario in confessione exprimenda. *Sic communis doctorum*. Et ratio est quia, licet tali die sit obligatio jejunandi ex tribus præceptis, illa tamen tria præcepta sunt tantum materialiter diversa, sed formaliter unum tantum, cum omnia respiciant eandem virtutem temperantiæ, et obligent ad Jejunium ex eodem motivo virtutis temperantiæ. Peccata autem non multiplicantur numero ex multiplicitate præceptorum, quando respiciunt eandem virtutem, sed solum quando respiciunt diversam virtutem, et diversum finem. Et sic, in simili, qui non audit missam in festo de

præcepto occurrente in Dominica non committit nisi unum mortale peccatum; et sic religiosus professus ac simul in sacris constitutus non committit duplex peccatum propter duplex votum violatum, nempe votum castitatis religiosæ, et votum castitatis sacro ordini annexum, cum talia vota non sint distinctæ speciei, et sic de aliis consimilibus, ut patet ex dictis in titulo de peccatis.

(62. Idem propter eandem rationem probabilius est dicendum de Franciscanis, non jejunantibus feria sexta Quatuor Temporum cadente in vigilia et Quadragesima; quia jejunium feriae sextæ in regula eodem plane fine et motivo temperantiæ præcipitur Franciscanis quo ab Ecclesia præcipitur omnibus fidelibus; adeoque, licet Franciscani non jejunantes tali die quatuor transgrediantur præcepta, non committunt tamen nisi unicum specie et numero peccatum, quamvis gravius: sic contra Vasquez, Navarrum Gonettum, et quosdam alios tenent expresse Marchant, Tribun., part. I, tract. 3, tit. 3, quæst. 4; Sporer, tom. I Append. ad tertium præceptum Decalog. sect. 4, num. 44; Henno, tom. I, tract. 1, disput. 1, quæst. 11, conclus. 2, cum Herinex ibi citato, et probabilius Felix Potestas tom. I, part. 4, cap. 6, num. 374, et alii. Nec valet cum adversariis dicere quod Franciscani voveant regulam et consequenter jejunium feriae sextæ in eadem regula contentum, adeoque peccent etiam in tali casu contra religionem, eo quod violent votum. Non valet, inquam, quia, licet Franciscani voveant servare regulam dicendo in actu Professionis: «Voveo et promitto..... servare regulam Fratrum Minorum.» etc.; non tamen voveant omnia contenta in regula servare tanquam vota, sed eo modo quo in regula proponuntur. At vero non omnia contenta in regula proponuntur servanda ut vota, sed aliqua quidem ut vota nempe tria essentialia: *Vivendo in obedientia, sine proprio, et in castitate*; alia ut nuda præcepta, inter quæ est etiam præceptum jejunii feriae sextæ et utriusque Quadragesimæ, et alia ut consilia tantum. Et ratio est quia, si vovendo servare regulam voverent servare tanquam vota omnia contenta in regula, tenerentur ex voto servare nedum præcepta sed etiam consilia contenta in regula, quod nullimode est dicendum, cum ne unus quidem Franciscanus hanc obligationem agnoscat; tum quia, si Franciscani, ex quo voveant servare regulam, sub duplici peccato tenerentur jejunare feria 6, etiam sub duplici peccato, nempe ratione præcepti et ratione voti, tenerentur ad omnia omnino Regula præcepta, sicque melius esset, ut advertit Herinex allegatus, et secutus ab Henno, loco citat., ut omnia contenta in Regula essent mere vota et non præcepta, quia tunc Franciscani aliquid transgrediendo non committerent nisi unicum peccatum; tum quia Summi Pontifices, qui Franciscanorum regulam accurate examinarunt, declararunt in ipsa contineri solum 23 præcepta obli-

gantia, et nunquam de hac duplici illius obligatione mentionem fecerunt. Unde non videtur imponenda, cum sit valde grave onus sine sufficienti fundamento, ut recte advertit Henno loc. cit. Notari tamen debet quod dicitur, cadente feria sexta Quatuor Temporum in vigilia et Quadragesima, Franciscani non jejunantes tali die quatuor transgrediantur præcepta, id intelligitur de Fratribus Minoribus qui annum vigesimum primum excesserunt, non autem de iis qui hujuscemodi annum nondum expleverunt; quia, licet Fratres Minores a regula obligentur ad jejunia feriae sextæ et Quadragesimæ (ut etiam a festo Omnium SS. usque ad Nativitatem Domini), tamen non obligantur vi regulæ ad jejunia vigiliarum et Quatuor Temporum; eo quia regula de iis non loquitur, sicut patet capit. 3 ejusdem regulæ. Unde Minores ætate 21 annorum contra unum duntaxat regulæ præceptum, scilicet feriae sextæ vel Quadragesimæ, ut a regula impositæ in dicto casu facerent non jejunando. Diximus, feriae sextæ vel Quadragesimæ, eo quia tali tempore feria sexta et Quadragesimæ prout sunt a Regula pro uno eodemque præcepto confunduntur, sicut consideranti est obvium; et ideo dictum est supra quod quatuor transgrediantur præcepta, alias debuisset dici quinque transgredi præcepta.

(63. Aliter autem esset dicendum de eo qui violavit statuto die jejunium ab Ecclesia præceptum, a superiore ex obedientia sibi mandatum, a confessario sibi pro penitentia sacramentali impositum et ad quod se ex speciali voto obligavit. Tunc enim concurrerent quatuor quasi leges formaliter diversæ respicientes diversos fines et virtutes, adeoque per unam physice dicti jejunii violationem contraheret quatuor specie diversas malitias in confessione explicandas, dicendo, violavi jejunium ad quod graviter obligabar ratione præcepti Ecclesiæ ex motivo temperantiæ, ratione mandati superioris ex motivo obedientiæ, ratione impositionis confessarii, ex motivo penitentiae, et rationis specialis voti, ex motivo religionis. Sic Sporer loc. cit., num. 44; La Croix, lib. v, n. 135, et alii.

(64. Qui violat jejunium uno die per comestionem carniū, et altero per comestionem lacticiniorum aut ovorum, peccat duplici specie distincto peccato, adeoque in confessione utraque prout est violatio est distincte explicanda, quia violatio jejunii per comestionem carniū distinguitur specie a violatione per comestionem lacticiniorum aut ovorum. Item qui frangit jejunium uno die per comestionem carniū, et altero per multiplicem comestionem in piscibus, peccat duplici specie peccati, adeoque non sufficit dicere in Confessione *duobus diebus violavi jejunium*, sed debet dicere quod uno die violavit per comestionem carniū, et altero per multiplicem comestionem in piscibus; violatio enim per comestionem carniū distinguitur specie a violatione per multiplicem comestionem. *Communis*.

(65. Qui unico voluntatis actu deliberate statuit non jejunare per totam Quadragesimam, seu singulis diebus Quadragesimæ, non committit tot numero peccata quot sunt dies Quadragesimæ, sed unum tantum numero, gravius tamen, et sufficit quod in Confessione dicat: «Habui deliberatam voluntatem frangendi jejunium per totam Quadragesimam.» Et ratio est quia hujusmodi distinctio numerica objectorum nempe omnium dierum Quadragesimæ est tantum materialis, cum actus hic aut intentio frangendi jejunium singulis diebus Quadragesimæ respiciat omnino illa jejunia per modum unius solius objecti formalis, totalis et adæquati. Quamvis cæteroquin singula illa objecta possent dare illi actui seu illi intentioni deliberatæ completam malitiam, tamen ut conjunguntur atque ab actu seu intentione respiciuntur per modum unius, confertur actui, seu intentioni simul unam solam malitiam, graviorem tamen. Si autem postea dictam deliberatam voluntatem executioni mandaret, tot committeret peccata numero distincta fractionis jejunii quot violaret dies jejunales. Et ratio est quia obligatio jejunii fertur super totam Quadragesimam et singulos dies divisim, adeo ut jejunium cujuslibet diei sit in distincto per se præcepto, adeoque quot jejunalibus diebus non jejunaret, tot committeret numero distincta peccata mortalia, ob multiplicatam omissionem externam præcepti jejunii. *Communis*.

(66. Qui statuta die non jejunavit sive inculpabiliter sive culpabiliter non tenetur postea jejunare alio die sequenti. Et ratio est quia, cum jejunium sit statuta diei alligatum, semel ac violatum est tali die, amplius servari non potest, nec consequenter debet: censetur enim statuta talis dies ad finiendam obligationem, adeoque fracto tali die jejunio, cessat jejunandi obligatio. Aliter autem esset dicendum si dies esset statuta ad implendum votum seu penitentiam sacramentalem, et ad non differendam obligationem, ut si quis vovisset jejunare feria sexta et Sabbato unius hebdomadæ, seu id ei fuisset pro penitentia sacramentali impositum; tunc enim, cum dies sit solum statuta ad non differendam obligationem voti, seu penitentiae sacramentalis, si jejunium statutis diebus violetur, aliis similibus diebus alterius hebdomadæ erit servandum. *Communis*. Unde sequitur ex dictis quod, si quis vovisset ex devotione jejunium uno integro determinato anno, v. gr., toto anno jubilæi, et prætermittet aliqua jejunia sive culpabiliter sive inculpabiliter, non teneretur ea altero anno supplere propter rationem nuper assignatam; at si vovisset jejunium pro uno integro anno, non intelligendo determinate annum A vel B, sed intelligendo tantum tot jejunia quot sunt dies in anno, prætermittendo aliqua jejunia sive culpabiliter sive inculpabiliter, teneretur ea supplere propter rationem oppositam item assignatam: verumtamen non teneretur supplere dies Dominicos ob dicta num. 20 et 22, nisi vovens ad id expresse intellexisset se obligare. Item si quis vovisset

set jejunum v. gr. quolibet die Sabbati ob devotionem B. M. V., quoties pro tali die jejunii impedimentum occurrat, non tenetur prævenire seu anticipate jejunare, siquidem vovens ad illam determinatam diem se obligavit jejuniumque alligavit. At, si vovisset jejunium pro aliquo tempore determinato solum ex intentione ne ultra illud tempus differatur jejunium, poterit anticipate jejunio satisfacere; eo quia intentio fuit ne ultra differatur, non vero ne citius onus adimpleatur; imo tenetur prævenire seu anticipate satisfacere si quandoque prævideat superveniens impedimentum, eo quia votum fuit, ut diximus, ad non ultro differendam, non vero ad finiendam jejunii obligationem; ac id sive culpabiliter sive inculpabiliter non præstando, adhuc teneretur supplere postea ob eandem rationem, ut jam constat supra. Vide etiam numer. 22.

(67. Peccant mortaliter non solum ipsi qui jejunium frangunt, sed etiam qui ad frangendum jejunium aliis proxime cooperantur, inducunt; aut, cum possint et debeant, non impediunt, aut patres et matres familiæ, domini, superiores, et hujusmodi, die jejunii suis domesticis cœnam vel carnes sine legitima causa excusante ministrantes. Item caupones seu tabernarii in locis catholicis carnes vel cœnam ministrantes iis quos sciunt a jejunio non excusari, et quando sine suo gravi incommodo et spe fructus recusare possent. *Communis*. Regula enim generalis est quod non solum peccant qui præceptum transgrediuntur, sed etiam qui causa sunt ut illud absque legitima causa alii transgrediantur.

(68. Jejunium ex voto vel præcepto majoris est meriti quam ex mera electione vel consilio; eo quia hoc habet meritum solius temperantiæ, ex voto autem habet etiam meritum religionis, et ex præcepto etiam meritum obedientiæ; et licet votum atque præceptum necessitatem inducant non quidem coactionis sed obligationis erga Deum, hæc tamen plenam executionis libertatem linquit incolumem, ut est manifestum.

(69. Jejuniorum observantia episcoporum vigilantia potissimum a concilio Tridentino commendata fuit. Benedictus XIV, tom. I, constit. 130, incip. *Libentissime*, § 1. (70. Jejunii diebus unica comestio servari debet ab iis etiam quibus ob peculiare causas permittitur esus carni, ovorum et lactiniorum. Idem, constit. 19, incip. *Non ambigimus*, § 4, et constit. 99, incip. *Si Fraternalitas*, § 1. (71. Amplia, sive dispensatio fuerit personalis, sive generalis pro integra civitate, aut loco, sive universitate. Idem, constit. 27, incip. *In Suprema*.

(72. Jejunii diebus epulæ licitæ cum vitis non sunt apponendæ, non obstante dispensatione super qualitate ciborum. Idem, cit. constit. *Non Ambigimus*, § 4; et cit. constit. *Si Fraternalitas*, § 1. (73. In vespertina refectiuncula carnes non sunt apponendæ. Idem, cit. constit. *Si Fraternalitas*, § 1. (74. Horæ etiam jejunantibus præscriptæ servari debent. Idem, ibid.

(75. Quæstiones de jejunio cum esu carni jungendo Pontificis lege dirimuntur in cit. constit. *Libentissime*, § 3. (76. Aliæ quæstiones deinde exortæ solvuntur per organum Pœnitentiariæ apostolicæ. Idem, ibid., § 5. (77. Aliæ vero per litteras in forma brevis solutæ fuerunt. Idem, ibid., § 6. Constitutiones de jejunio editæ, quomodo intelligendæ. Interrogatus Pontifex ipse in constitutione 55, incipiente *Cognovimus*, sic præcise respondit: « Respondemus igitur postulato tuo nos in iisdem litteris definiendum non suscepisse an qui ecclesiastica auctoritate ab jejunio excusantur non solum vitis cibis uti, sed jussæ pariter vespertinæ abstinentiæ fines egredi queant. Præcipimus autem episcopis eorumque delegatis ut nemini vescendi carnibus aliisque cibis vitis veniam tribuant, nisi sub gravi, imperata simul unicæ comestionis norma, ita universale istud præceptum pro tua spectatissima vigilantia gregi tuo indicendum jubeto. » Sic expresse respondit archiepiscopo Valentini die 12 Maii 1742, in cit. constit. *Cognovimus*. Ubi, ut vides, quæstionem in abstracto definire non intendit, sed præscribere legem concedendæ dispensationis.

(78. Jejunii leges æque observandæ sunt tempore Quadragesimæ ac cæteris jejunii diebus per annum. Idem, cit. constit. *Si Fraternalitas*, § 1. (79. Jejunii leges servandæ sunt, non obstante dispensatione quoad qualitatem ciborum, in vim bullæ Cruciatæ. Idem, constit. 89, incip. *Quoniam*, § 6. (80. Jejunii dispensatio per alia opera pia compensari debet. Idem, cit. constit. *Non ambigimus*. Vide supra, ubi allata est dicta constitutio una cum aliis.

(81. Jejunii ecclesiastici leges nec non naturalis ante sumptionem Eucharistiæ sunt a Græcis servandæ. Idem, constit. 57, incip. *Etsi Pastoralis*, § 6. (82. Jejunia et vigiliæ Ecclesiæ Latine observare non tenentur Italo-Græci servantes jejunia Orientalis Ecclesiæ. Idem, ibid., § 9. (83. Jejunia Ecclesiæ Græcæ observari debent a monachis Ruthenis ordinis S. Basilii. Idem, constit. incip. *Inter plures*. (84. Jejunium in Sabbatis Quadragesimæ, excepto Sabbato sancto, non præcipitur Græcis, sed tantum abstinentia a carnibus. Idem, cit. constit. *Etsi pastoralis*, § 9. (85. Jejunium Sabbati in jubilæis vel alias indictum, in alium diem transferri conceditur pro Græcis. Idem, ibid. (86. Jejunium frangi a sacerdote utente sacris indumentis quibus alius eodem die usus fuerit, inepta est quorundam de vulgo apud Græco-Melchitas opinio. Idem, constit. 87, incipient. *Demandatam*, § 8.

(87. Jejunii præceptum ante sumptionem Eucharistiæ non est juris divini, sed ecclesiastici. Idem, tom. II, constit. 3, incip. *Declarasti Nobis*.

(88. Ad confirmanda quæ diximus supra num. 26 affertur sequens encyclica Benedicti XIV.

*Lettera circolare della Santità di Nostro Signore Benedetto Papa XIV agli Arcivescovi*

*e Vescovi dello Stato temporale Pontificio sopra la Vigilia di S. Mattia, che in quest'anno 1751 cade nell'ultimo giorno del Carnevale.*

#### BENEDICTUS PAPA XIV.

« Sotto il giorno 1 di Gennajo del 1748, spedimmo una lettera circolare a tutti gli arcivescovi e vescovi nel nostro Stato temporale Pontificio, per porre il dovuto riparo a tre gravissimi inconvenienti, che pur troppo succedevano nel tempo del Carnevale. Il primo era quello, che nell'ultima notte di Carnevale tanto s'inoltravano le veglie, i balli, ed i giuochi, che s'intaccava il principio del primo giorno di Quaresima; in tal maniera che succedeva alle volte il vedere, che dal ballo, dal giuoco, e dalla veglia partendo le persone, andavano a dirittura, benchè senza maschera al volto, con gli abiti però, co'quali si erano mascherati alla Chiesa per sentire la messa, e prendere le ceneri portandosi dipoi a casa, e dormendo nel proprio letto per lo meno tutta la mattina del primo dì di Quaresima. Il secondo inconveniente era che in alcuni luoghi dello Stato temporale Pontificio permettevasi l'uso della maschera anche ne'giorni di Venerdì, e negli altri festivi di precetto. Il terzo inconveniente era che anche nella mattina delle feste in alcuni luoghi dello stesso Stato, ed anche ne'dopo pranzi nel tempo de'Vespri, e della dottrina Christiana, permettevasi a'saltimbanchi il fare il loro mestiere nelle piazze, e pubbliche Contrade. Dammo i dovuti ripari a'predetti scandali nell'accennata lettera, ch'è la 45 nel tomo II del nostro Bollario: e quanto in essa fu ordinato, viene anche oggi da noi pienamente confermato, inculcandone l'osservanza ai cardinali legati, ai governatori dello Stato, ed a ciaschedun vescovo nella sua diocesi.

« Questo però non è il sol motivo, per cui abbiamo creduto dover da noi spedirsi la presente nostra lettera circolare. Se ne aggiunge un altro, che riguarda l'anno corrente, cioè il Carnevale di quest'anno 1751, nel di cui ultimo giorno cade la vigilia col digiuno di S. Mattia apostolo; ed acciò ciascheduno de'vescovi del nostro Stato resti pienamente informato soggiungeremo quanto in appresso, informando di quanto è seguito in questo proposito.

« Prima che incominciasse l'anno corrente 1751 da varie parti anche remote dall'Italia, ci sono arrivate lettere di varj vescovi, e prelati, che considerando cadere in quest'anno la vigilia di S. Mattia con digiuno nell'ultimo dì del Carnevale, dopo averci esposte; che sarebbero stati inevitabili, ed anche pubblici e forse ancora comuni gli scandali della violazione del digiuno, sapendosi pur troppo, non avere la baldanza carnevalesca verun ritegno, particolarmente nell'ultimo giorno, e nella notte dell'ultimo giorno del carnevale; proponevano il seguente temperamento, di trasportare in quest'anno la vigilia di S. Mattia, anticipandola nel sabbato

precedente, ultimo giorno della settimana di sessagesima; appoggiando questo loro temperamento all'opinione di alcuni autori, che insegnano, potere il vescovo colla sua ordinaria autorità, nella sua diocesi, concorrendovi una grave e legitima causa, trasportare da un giorno all'altro i digiuni; ed anche le feste di precetto; ed individualmente potere colla stessa sua autorità ordinaria, pel timore di scandali, e della pubblica violazione del precetto del digiuno, cadendo la vigilia di S. Mattia nell'ultimo dì del Carnevale trasportarla al Sabbato precedente.

« Non credemmo di dover trascurare la sopraddetta istanza, o di darcene per non intesi, lasciando all'acqua libero il corso senza mettervi riparo: essendo noi, per la notizia, che abbiamo delle intemperanze carnevalesche, pienamente persuasi, che lasciando le cose come sono, e non pensando a qualche temperamento, il digiuno ingiunto nella vigilia di S. Mattia, sarà negletto, e forse anche pubblicamente, e che volendosi gastigare i delinquenti, non caderà il gastigo, che sopra alcuni pochi miserabili, restando immuni le persone potenti, o perchè vi sarà modo di fare, che le loro mancanze non arrivino all'orecchie de' superiori, o perchè anche giungendo i fatti alla loro notizia, non lascerà la prudenza della carne di suggerir loro, che non compete per simili cose prendere impegno, e guastare la buona corrispondenza, tanto necessaria pel buon governo, colle persone potenti del secolo; e però risponderemo come in appresso.

« Primo non essere timor panico, ma ben fondato, che cadendo in quest'anno il digiuno colla vigilia di S. Mattia, nell'ultimo dì del carnevale, sarà dispregiato e negletto.

« Secondo, non essere cosa nuova che, concorrendo una legitima causa, si trasportino la vigilia, ed il digiuno a qualche altro giorno antecedente. Ciò si vede nella vigilia della festa di S. Giovanni Battista, qual vigilia cadendo nel giovedì, del Corpus Domini, il digiuno si anticipa nel mercoledì precedente, giusta la costituzione *Cum evenire*, la 232 del pontefice Urb. VIII, senza che nel detto mercoledì si faccia veruna menzione della vigilia nell'ufficio, o nella messa, giusta il decreto della congregazione de' Riti, approvato dalla santa memoria di Clemente XI, ch'è il 9 del suo Bollario fra i decreti della detta congregazione. Ciò pure si vede nella festa solenne di qualche santo principale protettore della città e diocesi; imperocchè se nel dì della festa cade qualche digiuno questo si trasporta al giorno precedente, come ben osserva il cardinal Gaetano nella Somma in verb. *Jejunium*; Quo ad tertium § De rationabili, e vanno proseguendo, coll'allegari altri concordanti, il Sanchez lib. v Concilior. c. 1, dub. 5, n. 27; il Leandro Oper. Moral., part. III, tr. 5, disp. 10, qu. 39.

« Non parlammo del caso in cui cadendo questa festa solenne nel lunedì, ed avendo questa festa vigilia, e digiuno, si trasporta il digiuno al sabbato precedente, secondo il testo della decretale nel cap. *Ex parte*, de